Q. D. B. V.

HELMINTHO-
LOGIA
INTRICATA,

Clericanis, Andryaniſque, Placitis illuſtrata.

Hanc

Jubentibus Statutis Ampliſſimæ Facultatis Medicæ,

PRÆSIDE

ELIA CAMERARIO,

Prof. Ord. Med. ac Conſ. Würt.

Solenni Eruditorum Examini publica

pro LICENTIA Diſputatione ſubmittit

JACOB BERNHARD HUMMEL, Uracenſis.

Ad D. Aug. Anno MDCCXXIV.

TUBINGÆ,

Typis JOSEPHI SIGMUNDI.

L. B. S.

Bis ac ter quod pulchrum eſt! Binas jam ex Gallico transtulimus Diſſertationes, notisque noſtris auximus; tertiam nunc libet addere, deſumtam tum ex Elegantis Diarij Trivultienſis recenſione Scripti D. Clerici de Tænia, tum ex Celeberrimi D. Andry pulcherrimo de Vermibus Tractatu, cujus huc transtulimus ſuccinctas Theſes, Tironumque commodo notas addidimus, opponendi quoque materiem præbentes: aliud non eſt quod præfari libeat. Vale.

ILl. D. Clericus videtur penitus exhauſiſſe (*a*) abſolviſſeque, inſignem de qua tractat materiam, de vermibus ſcil. planis Græcis ἑλμινθεσ πλατέιαι, & ταίνιαι, Latinis Teniæ ac Tineæ dictis, qui adhærent inteſtinis, & nonnunquam per omnem ipſorum longitudinem extenduntur. Nihil (*b*) eorum omiſit quæ Hiſtoria naturalis & Medica ea de re unquam apud Græcos, Latinos, Arabes, atque ab horum inde temporibus uſque ad hæc noſtra alii ſtatuerunt, quibus doctiſſimis diſquiſitionibus proprias quoque obſervationes addidit, quindecimque capitibus ea omnia eleganter concluſit. Prima quatuor capita deſtinata ſunt recenſioni ſententiarum quæ in Scholis obtinuerunt ante recentiorum inventa; Hippocrates, vel Author librorum ipſi attributorum de morbis, ſatis confuſè de his loquitur, Ariſtoteles verò diſtinguit tres vermium claſſes, longos ſcil. rotundosque, parvulos appellatos ἀσκαρίδεσ, & planos; hi, inquit, formantur

(*a*) Dubites an hactenus quisquam exhauſerit difficilem de vermibus doctrinam, eòque minus gloriari de co quisquam poterit, quò magis inter ſe diſſentiunt Scriptores celeberrimi tum ratione ſtructuræ, tum ratione originis, tum differentiæ eorundem.

(*b*) Quò diligentius omnia conquiruntur, quæ unquam dicta ſunt de vermibus, co magis intricata evadet illa doctrina, ob diſſenſum fundamcutalem Scriptorum, cujus & in ſequentibus exempla occurrent allegata ex ſcriptis Virorum planè inſignium, in hoc tamen genere admodum diſſentientium.

(c) ſecundum longitudinem inteſtinorum, efficiuntque aliquid ſemini (d) cucurbitæ ſimile. Galenus aliique Græcorum Medici ſentiunt cum Ariſtotele, Latini de Aſcaridibus non loquuntur, Plinius in variis hiſtoriæ ſuæ naturalis locis planorum vermium facit mentionem, dicitque, eos aliquando excreſcere ad triginta (e) uſque & amplius pedum longitudinem. Serapion Arabs Medicus, poſtque illum Avicenna diſtinguunt cum Ariſtotele tres vermium ſpecies, adeò ut quoque planis vermibus nomen impertiant ſeminum (f) cucurbitæ, dicitque Serapion eos incluſos eſſe (g) membranæ adhærenti inteſtinis. Petrus de Adano, qui vulgo conciliator audit, quique ſcripſit ann. 1300. ſecundum notionem, quam Arabes Medici planis vermibus tribuunt, dicit eos componi ex ſerie vermium ſeminibus cucurbitæ ſimilium interque ſe (h) cohærentium. Hæc opinio prævaluerat, cum Platerus & Spigelius auſi ſunt pronunciare, unicum eſſe (i) vermem multis tamen nodis annuliſque inſtructum.

Quintum caput tribus conſtat partibus. Prima eſt Diſſertatio Tyſonis Medici, Societatis Regiæ Londinenſis Socii, qui cum inveniſſet planos in canibus vermes, obſervavit (l) hiſpidum eos habere caput duabus

(c) Valdè hæc obſcura ſunt, non enim dicit quo ſenſu formentur ſecundum longitudinem inteſtinorum, an ſaltem velit eos ſita extendi & coextendi inteſtinis, an verò innuat vermium ſeparatorum & ſeſe ſaltem arripientium ſucceſſivam in iſto canale formationem.

(d) Et hoc valdè obſcurum eſt, eos efficere aliquid ſemini cucurbitæ ſimile, cum non tam aliquid ſimile efficere dicantur aliis, quam ea ſuis articulationibus referre.

(e) Ad minimum terribilis illa longitudo antiquiſſima traditione hìc firmata cernitur, ut proin omni tempore prolixos hos hoſtes domeſticos aluerint mortales.

(f) Eſt id quod modò diximus, ſæpe allegari ſemina cucurbitæ, cum ſermo eſt de vermibus latis.

(g) Hic forſan viderat vermium nidos incluſos quaſi ſacculo ex pituita cohærente formato, qualis & infra occurret.

(h) Adeoque jam tum vermem ſupponebant compoſitum ex longa vermium ſeſe invicem arripientium ſerie.

(i) Dudum ergò ſibi contradixerunt Medici circa indolem ac ſtructuram longorum vermium ac latorum, inciſuris ſuis, ac nodis, ac diſtinctionibus articularibus inſignitorum.

(l) Tyſon itaque, credidit ſeſe videre caput, & Tyſon quidem fuit inſignis Anatomicus, quis verò credat, aliquo poſt tempore Medicum ipſo non inferiorem judicaturum ipſum non vidiſſe caput aliquod ſed pituitæ maſſulam, id verò infra occurret.

duabus ſeriebus filamentorum uncinatorum, quibus mediantibus affigantur *(m)* inteſtinis, quodque in ipſorum capite non appareat ullum foramen, quod haberi queat *(n)* pro ore; tota longitudo corporis eorum diviſa eſt per plures annulos, qui prope caput ſunt anguſtiores, magisque fiunt largi, quo à capite recedunt longius. Uti & corpus eorum terminus eſt circa capitis viciniam, amplius verſus caudam: in quovis annulo parva eſt eminentia, cum foraminulo ſetam admittente, quæ ordinariè alternatim ſita ſunt ad latus dextrum unius annuli, & ad latus ſiniſtrum ſequentis; hæc ſunt, judice Tyſone, totidem *(o)* ora vermis ſurripientia atque ſuſcipientia chylum, hinc fit ut annuli, quanquam inter ſe ſeparati, *(p)* nihilominus vivant atque nutriantur. Altera pars capitis continet factas à Lewenhœkio obſervationes, auxilio ipſius microſcopiorum, quæ aliud non dicunt, quam vidiſſe eum egredi *(q)* infinitos globulos ex fruſto vermis. Addit verò ſe tales inveniſſe vermes in *(r)* anguillis, luciis, carpionibus, truttis, aliisque piſcibus. Tertia pars eſt longior recenſio libri Andryani de vermibus, eorumque generatione, ubi eruditus hic Medicus diſtinguit duas vermium planorum ſpecies, quarum una eſt Tænia, nec caput habens, nec caudum, nec motum, magisque debet referri inter vegetabilia quam inter animalia. Altera eſt ſolium, adhærens pyloro, *(s)* ut devoret chylum antequam ipſi

 bilis

(*m*) *A*d minimum probabile eſt, imò & certum, capite tale animal, quod nutritur, non deſtitui, etſi tam diſtinctè ejus partes non compareant.

(*n*) Nec neceſſe eſt conſpici os, poteritque id nihilominus adeſſe, multum enim immutantur talia animalia contrahunturque excluſa ex ſede ſua nativa & vitâ orbata.

(*o*) Quod uni os dicitur, alteri cenſebitur anus.

(*p*) Si enim habeant os ſuum aſſumens chylum, cæteraque organa, ſeparatim quoquoque poterit vivere, uti in connexione cum aliis.

(*q*) Ordinariò Lewenhœkius allegat globulos, ubi nihil diſtincti vidit, vel potuit detegere, & facile ſucci glutinoſi ac mucilaginoſi denſantur, contrahunturque in globulos.

(*r*) Id verò dignum conſideratu eſt, quod & in piſcibus tales reperiantur lati vermes, niſi forſan quandoque cohærentem mucilaginem habere pro vermibus poſſint ii, qui non multos vidêre vermes; uti & mox in ſequentibus hic verbis dicitur de Tænia non habente nec caudam, nec caput, nec motum, quæque magis debeat referri inter vegetabilia quam inter animalia. Quæ ſi non eſt concreta mucilago, potuit eſſe vermis mortuus. Cujus corrugatum caput non apparuit vel erat avulſum.

(*s*) Hoc deberet probari evidentius quod præcisè huic loco affigatur, cum & alibi chylum non amarum poſſit invenire.

bilis admiſceatur, eumque reddat amarum. D. Andry talem vidit ver mem quatuor ulnas & tres pedes longum; orificia ſeu aperturæ annulo rum non erant alternatim ſecundum latera poſita, ſed ſæpe plura ſe ex cipiebant eodem in latere, cenſetque hos eſſe canales (t) reſpiration dicatos; impoſſibile ipſi fuit, æquè ac D. Mery interius vel minimun organicæ ſtructuræ (u) veſtigium reperire, aliud ibi non erat, quam ro tundorum corpuſculorum congeries, quæ juxta ipſius mentem aliud non ſunt quam (x) ovula, quæ excluſa grandeſcunt mediante inteſti norum (y) calore, abſque eo ut novi inde poſſint (z) prodire vermes defectu nutrimenti inde nato, quod qui illa excluſit vermis omne ab ſumſerit; Egeruntur itaque cum excrementis, idque (a) ipſum eſ quod dixit Ariſtoteles, vermes longos producere aliquid quod referat ſemina cucurbitæ.

Poſt obſervationes Virorum tam excellentium D. Andry & D. Ty ſon, qui & microſcopio uſi ſunt, quis (b) non crederet rem eſſe penitus deciſam atque extra dubium poſitam? Sed ecce novas aliasque his oppoſitas, quas 6. capite proponit D. Clericus. D. Valisnieri, primus Medicinæ in Patavina Academia Profeſſor, Finali in ducatu Mutinenſi degens ann. 1706, rogatus fuit ut inviſeret mulierem Judæam, annos

(t) Sic viri etiam oculati ſæpe conjecturis nituntur meris, hic foramina hæc cenſentur reſpirationi dicata, alius inde efficit oſcula chylum ſugentia, ac rurſus alius foramina excrementis egerendis dicata, tanta incertitudo eſt circa vermium ſtructuram; adeò non exhauſta eſt hæc materia.

(u) In corporibus tam mollibus ac mucilaginoſis difficile eſt ſtructuram organicam ita detegere, ut certus ſis de uſu partium, hinc multa videntur admodum incerta, quæ hactenus circa inſecta firmiter ab omnibus creduntur.

(x) Non ſtatim omnia corpuſcula rotunda vocari deberent ovula, nec eſt præſumendum hunc vermem, qui eſt unicus in corpore, tam numeroſam in ſe progeniem fovere, tantumque vivorum numerum.

(y) Calor inteſtinorum eos vix efficiet majores, ſi globuli hi ſint ova, nutriri deberent ut grandeſcant, non ſaltem calefieri.

(z) Quid verò hoc impedit, reſponſio addita eſt, nutrimentum omne à verme abſumtum eſt, ſed vivit adhuc homo qui geſtavit vermem, ergò novo vermi ſuppeteret nutrimentum, quod novum indies aſſumitur.

(a) Ovula rotunda non referunt ſemen cucurbitæ, non ergò de his rotundis corpuſculis cogitavit tum Ariſtoteles, qui ea forſan nunquam vidit.

(b) Sanè poſt obſervationes Virorum etiam ſummorum ſemper aliquid reſtabit detegendum, & corrigendum, nec poſteris noſtris deerit occaſio clariora de his proferendi, etſi nec ii ſint rem abſoluturi.

annos natam 25. quæ tempore graviditatis adeò à vermibus torquebatur, ut eò uſque ſemper paſſa (c) fuerit abortum; gerebat tunc utero eadem cum moleſtia, excernens ſtupendam planorum vermium copiam, quorum aliqui longi, aliqui breves (d) erant; nactus ita eſt occaſionem commodam D. Valisnieri inquirendi in vermium iſtorum naturam.

Statuit autem longos eſſe quaſi (e) catenam, cujus annuli totidem ſint vermes: quorum quilibet ex uno latere duos quaſi habet uncos aut duo tenacula recurva, ex altero autem duo quaſi receptacula (f) anſasve, adeò ut ſe invicem hac ratione valeant connectere. Detexit in quolibet illorum ſtructuram organicam, canalem ſcilicet principalem mittentem ramos (g) in reliquum corpus, omnes iſti canales terminati ſunt in eodem verme, nec communicant cum aliis vermibus, quos interſitus eſt. Cæterum (h) obſervandum eſt tempus, ſi detegere velis ſtructuram organicam, neque enim hæ partes ſtatim ſunt conſpicuæ cum excernitur vermis, etſi nimium expectes antequam in illas inquiras, diſparent, acſi fuiſſent colliquatæ, totusque vermis fit diaphanus; ad motum ipſorum quod attinet, tota catena uniformiter (i) movetur, & quivis vermis ſeparatim ab aliis movetur, uti ſolent animalia pedibus deſtituta, ſi impingat in aliquod obſtaculum, retroagitur absque corporis converſione. Relinquunt

[c] Dubio procul vermes & abſumebant nutrimentum infanti deſtinatum, & irritabant fibras abdominis ad immaturi fœtus expulſionem.

[d] Vix ergò ejusdem vermis articuli & portiones.

[e] De quibusdam forſan id verum fuerit, non de omnibus longis, vidimus & quondam prælongum à muliere, quæ eum excreverat, oblatum, cumque plurium ulnarum, ex meris talibus articulis coagmentatum, qui tamen ab invicem non ſeparabantur, nec diſtinctos efficiebant vermes, ſed unum continuum, his quaſi inciſuris, ſeu extenſionibus lateralibus diſtinctum.

[f] Mirum fuerit, ſi iſta tam evidenter comparuerint oculis, ut certò potuerint cum molliuſculo tali verme diſtingui.

[g] Niſi alius ſuperveniens & hanc deſtruat ſtructuram, aſſignetque vel aliam, vel nullam, uti ſupra jam vidimus, hæ enim ſectiones multum debent conjecturis, & plus quidem ſæpè quam cultro & oculis.

[h] Suſpecta aliis fuerit hæc temporis obſervatio neceſſario, ſi enim hæc eſt genuina vermis ſtructura organica, ſtatim deberent hæ partes comparere cum excernitur vermis nec diſparerent ſi diutius expectes, ad minimum ex hac ſequente vermis pelluciditate priorum ſequitur incertitudo.

[i] Id verò inquirendum an motus Catenæ oriatur ab ipſo particulari diſtrahentium vermium motu, an verò ſit diſtinctus ab illorum motu & toti vermi peculiaris, quod foret contra ſuperius dicta, vermes inter ſe non communicare organicas partes, ergò nec motum.

linquuut materiam viſcidam glutinoſam quæ adhæret, & videtur ipſ
veriſimile aggeſtionem quandam (*l*) viſcidæ hujus materiæ in prim
catenæ talis verme habitam fuiſſe, cum teneretur inter uncinulos ejus pr
vermis capite; quòd eò credibilius videtur, cum nulla ibi apperereŋ
neque oris alicujus vel organicæ conformationis (*m*) veſtigia. Mulie
hæc Judæa dicebat, ſe non ejicere ſeparatos à ſe invicem vermes, ni
poſt ingentes dolores, acſi inteſtina corroſa lacerarentur ſævientes; exi
guos verò pati (*n*) dolores, ſi catenam excernat integram.

Cum aliquando crederet ſe excreviſſe portionem inteſtinorum, Me
dicumque ad ſe accerſiviſſet, ejeciſſe deprehendebatur ſaccum plus quar
tres pedes longum, (*o*) latumque duos pollices, conſtantem ſubſtanti
mucilaginoſa & glutinoſa, tenaci ſatis ac diaphana, plenus erat ille ſaccu
innumeris vermibus diverſæ (*p*) magnitudinis, qui inter ſe minimè co
hærebant.

Poſt hæc D. Valiſnieri nititur refutare obſervationes atque conjectu
ras D. Andry & D. Tyſon. Non capit, qua ratione ſtatui queat, da
ova quæ (*q*) excludi non poſſint, acſi ova non continerent omnem mat
riam ex qua formatur animal; vana eſt, ipſo judice opinio, vermem t
lem oblongum devorare omnem chylum, (*r*) cum ſatis illius adhuc ſupp
tierit ad nutriendam hanc mulierem hebræam, atque ad ſuſtentandas ej
à menſibus jam quatuor gravidæ vires; æquè imaginarium eſt, quod ſu
poniti

[*l*] Ita licet explodere omnium ſectiones inſectorum, ſi pro lubitu liceat dicer aggeſtionem quandam viſcidæ materiæ inter uncinulos primi vermis detenta habitam fuiſſe à viro circumſpecto pro capite vermis.

[*m*] Potuit oſculum latere, vel ſaltem connivere.

[*n*] Niſibus ſcilicet majoribus ac frequentioribus opus erat ad ejiciendos vern ſeparatos, & pertinacius adhærentes lateribus quam quidem catena.

[*o*] De tali ſacco jam ſupra monui, eum poſſe formari ex mucilagine, & verr um agmina continere, ac frequenter in praxi vermium quoque glomeres pit tæ incluſi, globum quaſi bullamque formantes ejici obſervantur.

[*p*] Merebantur iſti vermes & eorum differentiæ à prioribus diſtinctè addi ad r illuſtrandam.

[*q*] *A*d minimum evidens eſt innumera ova non excludi, ob locum & uterum congruum in quo hærent, ob ſuccum ſibi non aptum, ob quietem denegat &c. Licet ova contineant omnem materiam ex qua formatur animal, requ tur enim excitans, & ſedes apta, ac nutrimentum.

[*r*] Hæc objectio robur omninò habet; nec enim tantum requiritur nutrimenti vermis incrementum, quantum ad infantis augmenta, vel fœminæ ſuſtentat nem in vita.

ponitur, vermem talem longum pyloro adhærere ut gaudeat chylo puro, antequam admiſceatur illo bilis, cum Redius obſervaverit hos (*s*) vermes diu ſatis vivere in decocto aloetico, vel abſynthii, aut colocynthidos, quodque ſtatim moriantur in aqua melle vel ſaccharo imbuta. Addit his, D. Tyſonem (*t*) potuiſſe videre eandem conformationem capitis alicujus in quovis annulo, aut quovis verme, habere eos in eodem capite os ſuum, orificium verò, quod in latere conſpiciatur, deſtinatum eſſe excrementis ejiciendis.

Capite 7. tranſit Author ad aliud vermis plani genus, quod majori jure meretur nomen Tæniæ, cum iſtam referat formam. (*u*) Rarum quid eſt, in genere loquendo, videre planos iſtiusmodi vermes, pluresque Medici ſenium attigerunt in praxi artis ſaluberrimæ absque ulla talem videndi occaſione; Verum in regionibus ſeptentrionalibus fruſtra deſiderabis propriis cognoſcere oculis (*x*) priores, de quibus dictum eſt, uti in meridionalibus non poteris ſub examen revocare reliquos, de quibus nunc dicemus, quorumque Græci Medici, Romani, Arabes, ipſe D. Valisnieri mentionem fecêre nullam. D. Clericus recenſet ea, quæ de iis ſcripſerunt Spigelius, Guilielmus Fabricius, Olaus Borrichius, Heyde, quæque ipſe attentius obſervavit. Unde elucefcit hos vermes eſſe continuos, unoque conſtantes fruſto, cùm (*y*) articulationibus nodisque inter

B

[*s*] Regeret meritò D. Andry Redium circa lumbricos inſtituiſſe experimenta iſta ac comperiſſe eos vivere ſatis diu in decocto alœtico, vel abſynthii, aut colocynthidis cum in aqua Saccharo imbuta moriantur, non verò circa vermem latum tanta longitudine præditum.

[*t*] Alii forſan & hæc orificia aliis caſibus deſtinabunt, alii an orificia ſint forſan dubitabunt, ad minimum omnia adhuc in his incerta ſunt ac minus firmata ſufficientibus experimentis, ob ipſam quæ inter cedit inter tales vermes differentiam, quæ palam eſt ex tot variantibus deſcriptionibus.

(*u*) Rarius excernuntur hi vermes, raro medicis offeruntur, interque decem ægros vermes excernentes vix unus erit, qui excretum vermem Medico offerat, vel monſtrare adhuc poſſit cum plerumque mox eos abjiciant, Imò ne quidem attingant ſine terrore.

(*x*) Ulterior experientia decidet, an tam præcisè hi longi vermes hac ratione differant ratione regionum ſeptentrionalium & meridionalium, ad minimum hæc conjectura conciliatoria eſt ingenioſa, tam diverſa enim eodem de genere vermium dicta vix ſtare ſimul poſſent, niſi ipſa vacillare debeat fides hiſtorica.

(*y*) Talis quoque fuit, quem ſupra ex propria obſervatione adduximus, vermis à fabri ferrarii uxore excluſus, lotus Medicoque in capſula oblatus, longiſſimus uno conſtans continuo fruſto, lavando tamen violenter rupto.

inter ſe parallelis, gaudentes ſtructura organica; id verò quod cognoſci poteſt organici conſiſtit in *(z)* canali quodam principali, qui plures de ſe emittit ramos in totum corpus diſperſos. Cum raro aliter quam divulſi in partes excernantur, rariusque adhuc Medico *(a)* offerantur inſpiciendi, difficile eſt Anatomiam eorum exhibere exactam.

Evenit hinc, uti capite ſequenti monet Author, ut non minus difficile ſit, veram talis longiſſimi vermis longitudinem determinare, Authoresque pro uno venditent partes *(b)* plurium. Exempli gratia Borrichius recenſet, Juvenem quendam diverſis vicibus, ac per partes quarum aliquæ longitudinem æquabant pedum viginti quatuor, excreviſſe vermem plus quam 800. pedes longum. Et D. Hartſœker in Epiſtola ad D. Andry, alius mentionem faciens pedum 165. addit ad obtinendam hanc menſurandamque longitudinem conjungendas eſſe portiones plures, quæ ſeorſim fuerint ejectæ, quasque D. Ruyſch ſervet Amſtelodami in ſuo Muſeo. Sed Plinius tandem aſſerit, dari vermes triginta pedum. Et D. Regis Amſtelodamenſis Medicus Authori indicavit, fœminam quandam illius urbis excreviſſe portionem continuam longam plusquam quadraginta pedes.

Caput & cauda horum vermium amplam duobus capitibus materiam præbet, nonniſi per accidens ſub Medici conſpectum iſta cadunt, iique

(z) Si unus canalis revera adſit, & non imaginarius, plures ſanè aderunt, nec enim dubium eſt, etiam hic alimentum recipi, diſtribui, ac circulari, quæ omnia per unum canalem & ſine viſceribus ullis fieri non poſſunt.

(a) Supra de eo ſumus conqueſti, rariſſimè offeruntur medico vermes, hinc tanta incertitudo, vel offeruntur loti, duriter tractati, divulſi, mortui, exſucci, vix diſtinctè cognoſcendi.

(b) Nullum eſt dubium in quibusdam ex his caſibus plures fuiſſe ejusmodi vermes, nec forſan fundamentum habet regula, talem vermem non eſſe niſi unicum, quid enim obſtat quò minus, more aliorum, ſit multiplex; quis enim credet vermem unum habuiſſe 800. pedum longitudinem. Potuiſſet ſanè plures tales exhibere vermes fœmina, cujus hiſtoriam dedimus Cent. Eph. Nat. Cur. quæ vermium latorum multa millia ſenſim excrevit, ſed notabile eſt, ne unum quidem cum altero cohæſiſſe modo iſto uncinato ab Auctoribus his tradito, ſed omnes ſeparatim prodiiſſe incohærentes, quales forte hiſtoriæ, ſi plures ſuppeterent, doctrinam hanc multum poſſent illuſtrare, & conferre ad deciſionem quæſtionis principalis, an dentur tam prælongi vermes lati, qui ſint talis catena ſeperatorum vermium, quorum quivis eſt vermis inſe abſolutè perfectus? & annon frequentiores ſint veri vermes lati continui & tamen articulati.

iique, qui ea (*c*) vidiſſe ſe gloriantur, inter ſe non conveniunt in iis deſcribendis. D. Clericus tam felix fuit, ut occaſiones repererit, quas recenſet, quibus propria experientia in notitiam rerum iſtarum pervenire ipſi contigit. Dicit ipſorum caput deſinere in duo (*d*) cornua, in forma ſerræ acutæ, quæ ſint mollia in verme mortuo, ac forſan rigeſcunt in vivis queis inſerviunt. Cauda deſinit in filum longum pedem circiter longum, quodque in extremitate pili ſubtilitatem (*e*) habet.

Communis opinio autoritate Hippocratis nixa eſt, nunquam uno plures adeſſe iſtiusmodi vermes. Ridet eam cap. 10. D. Clericus dicitque omne animal ſibi ſimile generare. Unde verò nutimentum deſumet alter, ſi primus omnem ſimul abſorbet ſolusque chylum? Miſerum hoc vócat ratiocinium D. Clericus, cum nutrix bene ſe habeat etiamſi duos (*f*) nutriat infantes, poteritne vermis plus abſumere nutrimenti, cum ſciamus dari animalia talia, quæ parco (*g*) indigeant nutrimento? Cæterum unde liquet, chylum, eumve ſolum horum eſſe alimentum, cum forſan excrementis contenti ſint, (*h*) eaque abſumant?

Ad ſigna diagnoſtica & prognoſtica vermium planorum quod attinet, fatetur cap. 12. nullum eorum carere incertitudine, ſolumque id eſſe evidens, ſi excernantur. In aliquibus ægris appetitus præcedit bulimodes, aut canina fames, in aliis nauſea atque inappetentia, aliquando colica, alia vice

pruritus

[*c*] Potuerunt enim credere ſe vidiſſe initium & caput vermis, cum non contemplarentur quam rupti fractique vermis unam extremitatem, capite alibi hærente, pariterque cauda facilè videbitur portio, cui deeſt cauda ante avulſa.

[*d*] Etiam hic alii forſan dubitaverint, an conſpectum ſit caput, an hæc cornua non fuerint vel unci, quibus alteri portioni hæc nectebatur antea, vel avulſæ portionis quædam adhærentes adhuc & in ſerræ formam reſilientes fibræ mucilaginoſæ, quæ enim de rigeſcentia in vivis adduntur, nou nituntur niſi conjectura.

(*e*) Hæc verò obſervatio rara eſt, nec facilè cuivis obtinget, ut verum vermis terminum ſeu caudam conſpiciat, de qua certus ſit.

[*f*] Hæc ratio forſan non ſatis ſtringit, nutrix talis ſana eſt ac bene ſe habet, ij verò qui tales alunt vermes ſunt plerumque cacochymici, praviſque ſuccis pleniores quam nutritio ſucco, unde facilè poſſet minor hic quam in tali nutrice ſupponi copia nutrimenti.

(*g*) Probabile verò omninò eſt tales vermes parco indigere nutrimento, ob ſubſtantiam tenacem & mucilaginoſam, quæ non multum deperdit, ob motum ferè nullum, qui nihil diſſipat.

(*h*) Poſſent etiam nutriri lympha ad inteſtina confluente, aut ſucco excrementorum nondum omninò putreſcentium, aut viſcidiore, qualis nunquam non in canali inteſtinorum colligitur pituita.

pruritus in inteſtino, gravativus dolor aut *(i)* ponderis ſenſus. Cæterum non credit eos admodum eſſe *(l)* vel noxios vel periculoſos, ad minimum eos non producere effectus æquè calamitoſos ac *(m)* rotundi ordinariique vermes; qui enim tales excluſerunt rejeceruntque obſervati ſunt retinuiſſe colorem (*n*) floridum, habitum euſarçum, viresque integras & vigorem actionum, mulieres iis non obſtantibus ſubminiſtrabant ſuis, quos pariebant, infantibus alimenta.

Ex Augenio Italo Medico hiſtoriam recenſet, quæ allegari hic meretur; Juvenis viginti quatuor annorum fame corripiebatur inſatiabili, quantumvis largum aſſumeret cibum ſatiari poterat nunquam, duabusque horis elapſis redeundum erat ad cibos denuò aſſumendos, absque ulla à prodigioſa cibi quantitate aſſumta cruditate, indigeſtione, aut Diarhœa. Duo Medici periti quibus expoſuit tantæ famis miſeriam ac cruciatum, errarunt in aſſignanda voracitatis hujus cauſa, tribuentes eam vel frigiditati orificii ventriculi, vel nigræ bilis abundantiæ, offerentes ſua absque omni opere media. Conſultus Augenius felicior conjiciendo fuit, inque methodo tentandi ſanationem, haud dubitans vermem ſibi è corpore expellendum eſſe. Initium fecit exhibendo ægrotanti, ad emolliendum ventrem, libram unam cum dimidia olei Amygdalorum (*o*) dulcium in quatuor diviſi doſes, primamquinque ante prandium horis exhibendo, reliquas per intervalla unius cum dimidio horæ quadrantis, ad evitandum hac partitione vomitum. Immediatè ante prandium exhibuit ipſi duos bolos compoſitos ex drachma cujusdam hieræ & ſcrupulo rhabarbari, hauriendo mox ſex uncias decocti ſebeſtarum,

(*i*) Iſta omnia reverà incerta ſunt, ponderis enim ſenſum fruſtra quis expectaverit à tam levi verme, aut gravativum dolorem, niſi per indirectum, ſi ſtricturas faceret fibrarum Spasmodicas aut tenſiones.

(*l*) Erunt ſatis noxii ſi chylo veſcantur meliore, ſi cornua ſua infigant inteſtinorum fibris ſenſilibus, quod nec ſubinde periculo carebit, ſi maximè rigeſcere poſſint ſerræ illæ acutæ, notum enim eſt, quam levis ſæpe occaſio ſit graviſſimorum in nervis motuum & Spaſmorum.

(*m*) Etiam hi rotundi ſæpiſſimè ſine ulla geſtantur & ejiciuntur moleſtia, & relinquunt ægris floridam faciem, ac habitum euſarcum, etſi ſæpe triſtes ludant ſcenas.

(*n*) Mulier de qua ſupra diximus eam excreviſse longiſſimum talem vermem latum, erat admodum cacochymica, & cruditatibus vexata, Symptomatibusque hypochondriacis excruciata.

(*o*) Inſignis quantitas olei, ſufficiens vel excitando vomitui, vel ad minimum admodum relaxando ac ad nauſeam movendo ventriculo, etſi in has partes ſubdiviſa fuerit.

ım, prandium conſtabat ſolo pane in juſculo gallinaceo emollito tri-
usque Succi limonum unciis. Quænam fames (*p*) durare poſt hæc
xhibita poterat? Juvenis ſanè bulimos ceſſavit. Sex abhinc horis, ut
d cœnam præpararetur, Augenius ipſi juſſit applicari Enema ex dua-
us libris caprilli lactis, exhibuit (*q*) ſesquidrachmam pilularum alœti-
arum cum mica panis formatarum, cum ſex decocti ſebeſtini unciis.
dem ſequentis diei regimen (*r*) erat, mutatusque eſt in nauſeam appeti-
ıs nimius, ſoluto ventre, media circiter nocte exclamavit æger inteſti-
a (*s*) ſibi ex ventre egredi, Medicumque juſſit vocari, qui re con-
ecta ſubridens dixit juveni, non morieris hac excretione, eſt potius
uod tibi gratuler de recuperata ſanitate; excreverat enim vermem,
el potius rem appoſitè ut nominemus; catenam (*t*) plusquam mille
ermium longitudine pedes triginta quinque æquantem; qua ejecta juvenis
onvaluit magna artis gloria in Augenium quoque Medicum redundante.

Capite 13. D. Clericus accedit ad vermes rotundos, quorum affert
eſcriptionem, aut anatomiam talem, qualem Redi & Valisnieri (*u*)
ubminiſtrarunt. Poſtea omnes vermium attingit & ſpecies, quales te-

 ſtimonio

(*p*) Oleoſa tanta quantitate hauſta, & tanta doſis ſucci limonum poterant fami occurrere, illa impediendo ſenſum ſtimuli famelici, hæc acrimoniam forſan bilioſam peſſundando & coercendo.

(*q*) Doſis egregia pilularum, nimia ſcopo purgandi, ac magna ſatis reſpectu ad amaritiem habito.

(*r*) Non poterant non hæc remedia turbas in ventre ingentes excitare, cum maximè altera die repeterentur, amara, acida, pinguia, dulcia, omnia doſi exceſſiva debebant turbare & ventrem, & hoſpitem ejus vermem, & ſtimulare terribiliter ad egerendum fibras, ſic factum eſt ſub illa confuſione actionum remedii, quod methodi ipſius bonitate, & cum regulis convenienria vix fuiſſet effectum.

(*s*) Hæc exclamatio revocat mihi in mentem aliam hominis Taurinenſis, qui ægro dyſenteria affecto inſerviens ad Medicum ſubitò accurrit, nunciatque exclamando inteſtina ægrotantem excernere ingentibus ac prælongis fruſtis, ſed & hunc hujus metum fuiſſe vanum eventus docuit, cum brevi æger, ex famulitio Sereniſſimi noſtri Principis unus convaluerit, non verò hæc vel inteſtina fuerunt, vel vermis talis prælongus, ſed ingraſſata & ad inteſtinorum formam concreta pituita & in tubum quaſi condenſata.

(*t*) Quæritur meritò an hæc fuerit vermium, uti dicitur catena, an verò unus vermis tot articulis diſtinctus, qui habiti ſint pro totidem vermibus fallaci oculorum judicio, vix enim in tantam longitudinem protenſa fuiſſet cohærentium vermium catena nullo alterum dimittente.

(*u*) Hic ergò qua ſtructuram major conſenſus eſt, nec tanta in diſſenſu circa rerum oculo patentium indolem ſcandala; etſi vix dubitem & in iſta lumbrico-

ſtimonio optimorum Medicorum ex omnibus corporis partibus prodi
re, aut in iis reperti ſunt. Cumque nimia credulitate haud labore
fidem non facile adhibet omnibus quæ paſſim dicuntur promiſcuè ſc
bunturque, Medici enim utut Excellentes non (*x*) ſemper propriis uſu
parunt oculis quæ recenſent, ægrorumque ſæpius ut & adſtantium ægr
ve miniſtrantium fide nituntur, teſtimonio non ſemper omni excepti
ne majori. Fernelius, exempli gratia, ſatis [*y*] alias circumſpect
refert militem tam vehementibus naſi doloribus correptum, ut anin
linqueretur, moreretur que poſt dies viginti nulla apparente febri, ca
mali poſt mortem apparuit, vermes nempe duo piloſi digitum craſſi
æquantes.

Id quod maximè hoc in genere curioſum eſt, Guineæ incolis f
miliaris [*z*] eſt dracunculus, referentibus rem eorum Itinerariis, q
ipſi tales paſſi ſunt vermes, formatur verò vermis ille in carnibus pr
pè cutem dum nutrimentum indeque augmentum capit parum infert i
commodi, ſuo demum egreſſu moleſtus, tum enim horror, frigu
partis tumor exoritur, ſponte aperiendus, vel artifice manu, egredit
tum vermis caput ſenſim ſenſimque ſequente corpore, juvandus ſalte
eſt moderata tractione vermis egreſſus, non enim ſine magno [*a*] i
commodo abrumpitur; Satis itaque eſt ſi matutinis veſpertinisque h
ris manu leniter promoveatur. Cum ulnæ adæque imò ſuperet lon
tudine

rum ſectione multa eſſe adhuc incerta, & in ſpecie quidem circa differenti
illam, quæ intercedit, qua ſtructuram internam inter humanos lumbricos,
terreſtres.

(*x*) Hoc equidem verum eſt, interim tamen non promiſcuè omnia talia negar
ſunt, quia cum hypotheſi noſtra non conveniunt, uti ſæpiſſimè contingit,
quæ congruunt cum placitis noſtris mox admittuntur, imò arripiuntur, q
non conveniunt mox. ſuſpecta fiunt obſervationis incertæ, dubiæ, homini
non ſatis attentorum &c.

[*y*] Sed ſi & hic Fernelius ſatis fuerit circumſpectus, quid enim impedit quò r
nus tales potuerint reperiri vermes piloſi: legimus in Hiſtor. Societ. Reg. G
de pertinaci Cephalalgia ſoluta poſt excretum ope Sternutatorii pulveris v
mem, inſtructum pedibus vigenti quatuor, ſquamatum &c. hunc nemo fac
in dubium vocaverit, etſi derivatum ex ſinu fron ali &c.

[*z*] Hujus hiſtoriam & Symptomata egregiè dedit in amœnit. Kempferus, ſi
omninò Phænomena illa ſingularia & attentione digniſſima; cum maximè n
omni terrarum regioni ſint cogniti aut infeſti earum incolis.

[*a*] Ingens enim inflammatio ac moleſtiæ ferè intolerabiles ſequuntur ſi extrah
do rumpatur vermis, unde & ſolet circumvolvi tenaci bacillo, ut ſenſim per
tervalla educi leniter queat, & ſic ruptio præcaveatur.

ıdinem commode circa parvulum convolvitur bacillum. Ordinariò hordæ chelys habet craſſitiem, ejusque locum ſiccatus vermis tenere oterit. Si rumpi eum infeliciter contingat, id quod reſtat in carne imanes excitat dolores, neque amplius poteſt educi niſi mediante incione ac profundis ſcarificationibus.

Quænam verò vermium in corpore humano eſt origo, quærit . Clericus cap. 14.? Dubium [b] non eſt eos prodire ex ovis; hæc erò ova [c] ſummè exilia fluunt cum chylo matris, ex eâque tranunt in infantem: poſſuntque eadem & per lac [d] nutricis communiari. Sic retrogrediendo aſſurgemus ad ipſam usque [e] creationem, tum demum D. Clericus quo vertere ſe poſſit ignorat. Anne enim edibile eſt Deum [f] creaſſe vermes, aut vermium ſemina in Adami ıt Evæ [g] corporibus? idemque dicendum de inſectis reliquis infentibus corpus humanum. Non ea in reſponſione acquieſcit, rem ilm ſe habere uti alii quoque morbi, quibus ſubjectum per naturam ſuam eſt

[b] Adeò hodiè exploſa eſt robore experimentorum invictorum generatio æquivoca, ut de ovulorum ad generandum neceſſitate vix quisquam dubitet, unde & Bonanni, Sbaraglia aliique tam frigidè ab orbe literato cum novis ſuis æquivocæ generationis fulcris excepti, imò exploſi ſunt.

(c) Sint exilia, adeò tamen exilia vix erunt, ut & circulum omnem cum ſanguine abſolvere, & per filtrum illud placentæ carneum prorſus ſingulare percolari queant, & tranſire ex matre hac via in infantem utero contentum, qui proin vermibus mox cum originali peccato inficeretur; ac ponamus etiam ſic ad ſanguinem infantis deponi, nova erit difficultas, quomodo ad inteſtina aliasque porro partes perveniant ac deponantur.

[d] Facilius adhuc per lac nutricis communicari poterunt infantibus, ſive illa mater ſit, ſive aliena.

[e] Omnes igitur homines fuere verminoſi, & in prolem omnem vermes tranſmiſere neceſſaria conſequentia, quæ quidem hypotheſis tam gratuita eſt, ut multis adhuc indigeat fulcris, antequam recipi poſſit, cum hactenus nullo nitatur niſi autoritate, quæ in rebus his naturalibus nulla eſt ſine ratione & experientia.

[f] Creavit ſane, quicquid eligas ex hypotheſibus hoc paragrapho deductis, hos vermes, uti omnia alia inſecta, id ſaltem quæritur ac controvertitur, quando creaverit eos, & in quem finem creaverit eos, an ut morbificam cauſam? an ut remedium? an paratos ad utrumque.

[g] Idem eſt ſive in illorum corporibus creaverit vermes, ſive eorum ſemina, ſane & reliqua inſecta omnia creavit unà cum ſuis ſeminibus, ſive infeſtent corpus humanum, ſive juvent. Dicent aliqui, creaſſe eos in Adamo, ſed non excludendos niſi peccato accedente, cujus fructus ſint & effecta pravi humores vermibus alendis apti.

eſt corpus, & à quibus in ſtatu innocentiæ homo fuiſſet liber per gr tiam Dei ſpecialem, quæ omnia iſta penitus amoviſſet impediviſſetqu Mavult ſupponere cum Valisnierio, vermes aliaque animalia [*h*] nc fuiſſe caritura utilitate ſua, quodque eam adhuc [*i*] hodiè exſeran quoniam vermes liberent infantes à (*l*) ſuperfluo imprudenterque i geſto alimento, quodque [*m*] per affrictum ſuum atque forſan ſtimul tionem excitent motum periſtalticum in inteſtinis infantum eaque dem [*n*] aſſuefaciant.

Si vermes ſunt ex ipſa prima creatione, id de omnibus verum er qua igitur evenit ratione, ut non ex æquo omnes iis ſubſint ac vexentu ut ex multis hominum millibus vix unus intra ſe gerat tæniam, ut Gallia rariſſimum ſit ejus videre exemplum, cum in Belgio aliqui tam reperiantur, ut Dracunculus nonniſi in Guineæ litoribus, Arabia, I diaque, reperiatur? reſpondet D. Clericus, ad excludendos ex ovul vivificandosque vermes varias concurrere [*o*] cauſas, quæ non depr hendant

[*h*] Hæc de ſtatu innocentiæ conjectura aliis ſatis videbitur audax, cum pri deberet oſtendi per inductionem, omnes homines habere in ſe vermes, & v mium ſeminia; quæ res, quam difficilis ſit, nemo non agnoſcet.

(*i*) Non ſequeretur, etiam in innocentiæ ſtatu utilitatem habuiſſe aliquam v mes, ſi eam adhuc hodie exercerent, nec enim tam arcta inter ſtatum utru que convenientia eſt, arteque opus erit, ſi monſtrandum ſit, utiles eſſe ho vermes.

(*l*) Sciendum prius eſſet, an vermes veſcantur alimentis noſtris, an nutriment id eſt lympha, cum enim infantes nimium ingerunt alimenti, non ideò hab nimium nutrimenti, ſuperfluum enim non abit in nutrimentum, ſed in cru datem; nec poſſunt vermes tantam aſſumere alimenti ſuperflui quantitate quam ingerunt multi infantes benè ſe habentes nihilominus.

(*m*) Hæc excitatio motus periſtaltici non eſt neceſſaria, ille enim per fibras teſtinorum ſine his monitoribus poteſt optimè perfici, & actu perficitur, qu gratus ſit vermium affrictus inteſtinis, vel ſolus ille immanis, quem aſcari excitant ad furorem ſæpe uſque pruritus docuerit, & quam blandæ ſint eor ſtimulationes docent tot Symptomata Terribilia ab ipſis excitata, eroſio inteſtinorum, epilepſiæ, terribiles Spaſmi vel faſcino adſcribendi à multis & tanti ſanitatis cuſtodes, & pravorum ſuccorum correctores ſunt vermes c poris humani.

(*n*) Egregia ſcilicet aſſuefactio, quæ à vermibus deberet peti Magiſtris; ad n nimum prius probanda eſſet vermium univerſalis præſentia, quæ ſi nulla hæc aſſuefactio ad motum periſtalticum pro infantibus ab ipſis petendum pa ter nulla erit, ſi enim unus infans huic motui aſſueſcat ſine vermibus, alii eorum indigent magiſterio & adjumento.

(*o*) Hæc equidem negari non poteſt, interim tamen difficultati non ſatisfac

nendantur in quovis corpore, nec in quavis cujusvis climatis regione; Rejicit opinionem eorum, qui putant vermes naſci in noſtro corpore ex ovulis & ſeminio vermium, quod deglutiamus cum omni quem ingerimus cibo, cumque aqua quam haurimus, imò cum aëre quem inſpiramus. Atque omninò ita eſt, nec animal nec planta reperitur, quæ non ſuum habeat vermem; ſed unius animalis aut plantæ vermis eſt vermis conveniens alteri animali aut plantæ, mirandaque res eſt, differentes eſſe vermes qui aggrediuntur radices, quique invadunt truncum, aut ramos, aut folia, aut flores ejusdem plantæ. Quoniam igitur hæ ſpecies inſectorum infinitæ propria gaudent alimonia, eaque aliis [*p*] non conveniret, quæ unam nutrit, evidens eſt, earum ova non poſſe nocere hominibus, cum in proprio fundo habeant ſuorum ſeminia propria vermium.

Remedia contra vermes 15. capite continentur; D. Clericus primò loco recenſet experimenta Rediana propriaque, facta in lumbricis terreſtribus

quæ multiplex eſt, & à ſola climatis, nutrimenti ac ſimilium cauſarum differentia ſola non poteſt pendere.

(*p*) Nimium hæc extenduntur, notum enim eſt inſecta variis quoque veſci plantis, nec negari poteſt, inſecta etiam in noſtro corpore ex ovis aliquando fuiſſe excluſa, ergò hæc alimonia ipſis fuit apta, ſi quis ergò dicat etiam alias ex hoc nutimento inſectorum mole ac figura fieri mutationes, rem non omninò ineptam dixerit aut impoſſibilem. Cæterum tam varia in corpore inventa ſunt omni retrò tempore animalia, indeque excreta, ut impoſſibile ſit in ipſo homine eorum omnium quærere ovula, & prima ſtamina ipſi connata & à matre traducta in infantem. Neque verò ſufficit hæc talia ſimpliciter negare, uti factum circa viperas, ranas, erucas &c. à quibusdam, alii enim eodem jure utentur & incipient vocare in dubium eorum obſervationes, debet enim conſtare fides aliqua hiſtorica. Non ea ſtatim ſunt impoſſibilia, & incredibilia, quorum nos fiendi modum non ſatis capimus vel aſſequimur, unde præſtaret quandoque fateri ignorantiam ſuam, & ἐπέχειν, quam ex tripode mox pronunciare ac negare rei veritatem, ſi viri eam graves teſtentur. Cumque nuper mihi referret vir prudens, ſe vidiſſe ſpiſſam ex ore hominis magnis conatibus exeuntem & extractam (ſaltem quà molem) viperam, quæ adhuc vixerit, vix auſus fuiſſem ipſi objicere, hanc non fuiſſe niſi pituitæ concreſcentis quandam convolutionem craſſam & oblongam. Eædem difficultates circa alia inſecta paſſim occurrent in hiſtoriis Medicis, cumprimis in Eph. Nat. Cur. circumſpectè ſcriptis; ubi cautè pronunciandum, nec nimis urgenda hæc alimenti ineptitudo, quæ magnam videtur admittere latitudinem; quouſque autem alimenti diverſitas figuram & molem inſecti poſſit mutare, res altioris adhuc eſt indaginis. Probè quoque diſtinguendum inter Magica mala, & inter alia excreta,

ſtribus, & à quibus (remediis) iidem (*q*) expectandi ſunt effectus exerendi contra vermes corporis humani, de quibus hic ſermo eſt. Oleum (*r*) olivarum necat bombyces ac lumbricos terræ, quoniam ipſis occludit oſcula ductusque reſpirationi dicatos, olea verò extracta ex ligno & baccis juniperi, atque ex plantis aromaticis deſtillata, alium edunt effectum, eumque promptiſſimum, (*s*) penetrando nimirum eorum corpora eos occidunt. Idem (*t*) contingit cum Sale marino aliisque ſalibus aquisque mineralibus ſpiritu vini, vino, aceto, pipere.

Communis perſuaſio eſt, omnia amara aut acida necare vermes, omniaque dulcia producere eos atque fovere, quod tamen tam univerſaliter verum non eſt. Juxta enim eadem experimenta Vermes permanſere integris quadraginta octo horis in concentrata infuſione ſeu ſolutione (*u*) aloes ſocotrinæ, indeque exemti ſunt adhuc vivi; in abſynthy infuſione æquè forti viginti quatuor imo triginta horas vixerunt; in colocyntidis infuſo obierunt intra horas quatuordecim; maximè autem ipſis lethalis eſt infuſio (*x*) ſeminis ſantonici, quam ultra ſeptem octove horas non ſuſtinuere, nec diutius durarunt in decocto (*y*) allii. In aqua autem ſaccharata aut melli admixta, ne integram (*z*) quidem ſemi horam potuerunt reſiſtere

[*q*] Expectari poſſunt iidem effectus, ſed an obtineri poſſint, alia quæſtio eſt; lumbrici terreſtres & humani ſtructura corporis differunt, teſte Redio, differunt quoque alimonia, loco excluſionis & habitationis ſuæ, vitamque agunt eo ipſo diverſiſſimam, quis ergò ferat conſequentias ab uno genere ad aliud deductas.

(*r*) Olea expreſſa occludunt viam aëri & ſic inſecta necant, neque enim illa aſſiduo aëris ingreſſu, egreſſuque poſſunt carere.

(*s*) Olea illa deſtillata omninò penetrant ob tenuitatem ſuarum partium per corpuscula adeò mollia, ſed hac ſola penetratione forſan non occiderent ea, niſi ſimul reſinoſitate ſua vel potentius occluderent aëris vias, quam oleum olivarum.

[*t*] Sed non eodem modo & tempore, non eodem modo, neque enim hæc poros ita obſtruunt, licet vermibus quà cæteras qualitates ſuas non ſint amica.

(*u*) Sic ſpes in amaris poſita decollaret, ſi hæc conſequentia eſſet firma, & ab his lumbricorum terræ phænomenis ad humanos valeat argumentatio. At contrarium praxis docet. Quoties à ſemine cynæ eos cernimus exturbatos, & ab aliis quoque amaris necatos. A Cortice Peruviano eos frequentiſſimê vidimus ſuis ſedibus exturbatos, excretosque.

(*x*) Novum hoc eſſet pro Semine Santonici argumentum, quod excludunt alii ex claſſe anthelminticorum tutiorum.

[*y*] Unde forſan allium in lacte coctum tam celebre eſt in pellendis infantum vermibus.

(*z*) Saccharum ne igitur ac mel ipſo felle, ac colocyntide erunt magis deleteria vermium proſapiæ? an dulcedo necat tam ſubitò vermes; malent alii ſuſpicari

eſiſtere morti. (*a*) Uvæ ſuccus ac limonum dulcium, pomique arantii ulcis æquè ferè adverſi ipſis fuerunt. Poma, pira, perſica, ceraſa, pruna, fraga, conquaſſata & redacta in maſſam (*b*) brevi hos terræ vermes necarunt. In ſucco roſarum conquasſatarum aut aqua earum deſtillata, t & florum (*c*) arantiorum, myrrhæ, aqua d. hyacintho brevis vitæ fuerant.

Cum dubitare quis poſſet, an hæc experimenta eundem ſint habitura ventum in vermibus humani corporis, D. Redi ea repetiit in his. Hi igiur vermes in aqua frigida vixerunt duos cum dimidio dies, neque ab ea ravius affliguntur, ſi ipſi admiſceatur terra ſigillata, (*d*) bezoar, cornu cervi, rhinocerotis, ungula alcis, paucis, tota differentia obſervata in eo erat, uod vinum ipſis non æquè noceat ac terrenis vermibus.

Concludit D. Clericus, inutile eſſe infantes remediis adeò ipſis (*e*) xoſis torquere, cum ſuccurri ipſis queat dulcibus, ſaccharo & melle quæ aud gravantur aſſumere, quod interdicere ipſis fructibus ſit nihil aliud uam privare eos remedio contra vermes efficaci. Sed iſta quidem de libro oc erudito monuiſſe ſufficiet.

viſciditatem horum liquorum multo Saccharo ac melle imbutorum eadem ratione necare vermes, quâ olivarum oleum, aërem excludendo, ſi non tam celeriter, ſatis tamen pro nece ipſorum maturanda efficaciter.

(*a*) Etiam horum viſcidiuſcula indoles nota eſt.

[*b*] Omnia hæc conquaſſata aëri viam poſſunt præcludere, indeque vermibus eſſe deleteria; in infantibus ſanè vermibus hæc largiter etiam comeſta non nocent. Cenſent alii cum his fructibus ova inſectorum comeſta vermes efficere, negant verò ex modernis celebriores, ad minimum cruditates hinc natæ aptiſſimum vermibus dant nidum, imò uterum eorum excluſioni faventem.

(*c*) Videntur odorata non ferre viſcida hæc animalcula.

(*d*) Inde tamen non ſequetur hæc talia fixiora vermibus non nocere in corpore noſtro, cornu cervi uſtum in ſpecie multis Practicis Celeberrimis eſt commendatiſſimum, fomitem ſanè vermium corrigunt, cruditates emendant, & ſic per indirectum vermibus nocent. A vermibus autem in vitro aliquo contentis, ad eos, qui vivunt in corpore, conſequentia nulla eſt valida, temperies alia locorum, major vermium in corpore libertas fugiendi aſſumta & ſibi moleſta, & aliæ circumſtantiæ obſtant.

[*e*] Præſtabit ipſos torquere exoſis, quam nihil efficere gratis; nil enim hactenus à dulcibus opis obſervatum, ab amaris plurimum. Præſtabit arcere infantes à fructibus, vel ſolius cruditatis metu, quæ nidus eſt vermium. Non fidemus experimentis niſi in corpore inſtitutis, ipſumque effectum expellendo, vel necando vermes, exhibentibus.

Libet verò Andryanas adjungere

THESES.

I. Vermis eſt animal completum, & æque quidem (*a*) completum ac ullum aliud, quod in natura reperitur animal.

II. Vermis reſpirat & habet (*b*) pulmones.

III Omnes vermes habent (*c*) ſanguinem, quantumvis etiam ſint parvuli.

IV. Dantur vermes qui (*d*) multa habent corda & plures pulmones.

V. Vermes, uti omnia alia animalia oriuntur ex germinibus, in quibus (*e*) latent in quodam quaſi compendio.

VI. Plurima ova vermium intrant in noſtrum corpus cum (*f*) aqua & alimento, & ſæpe in carnes noſtras ab (*g*) extra.

VII. Cum

[*a*] Scilicet completum in ſuo genere, hoc eſt, habet ea omnia, quæ vermis talis habere debet; non verò eo ſenſu completum, acſi aliis ſtructuræ longè mirabilioris animalibus eſſet æquiparandum quà ſtructuræ ſuæ artificium, præſtantiumque intricatorum mirè organorum, hoc enim ſenſu pleriſque aliis cedit, ſi locum habent Redianæ deſcriptiones.

[*b*] Analogicè ſcilicet dictos pulmones, hoc eſt canales in quos ingreditur aër, indeque egreditur viciſſim, impertiens ipſorum ſuccis characterem quendam activum ac vitalem, eò magis neceſſarium, quò ſunt glutinoſiores.

(*c*) Hoc eſt, ſuccum ſanguini analogum, qui ipſis ſit inſtar ſanguinis, qui ipſorum in corpore circuletur, iis vitam ſuſtentet, eosque nutriat; minimi etiam vermiculi ſua debent habere fluida.

[*d*] Seu quorum corda & pulmones analogi extenduntur per totum corpusculum; ubique patente aliqua aëri externo via.

(*e*) De hoc hodiè omnes ferè conſentiunt, id ſaltem manet adhuc controverſum, unde ſint illa germina, & compendia, an derivanda inde à primæva creatione, primæ vel fœmellæ ejusque ovulorum cicatriculis indita, vel maſculo primo ejusque ſemini incluſa, vel quod quibusdam placuit, ipſis immixta elementaribus particulis, vel denique in animalibus generationis demum tempore delineata & formata.

(*f*) Ingredi hac via ſemina innumera, uti & viva animalia innumera eorum nemo dubitaverit, qui fœcunditatem inviſibilis mundi ſeu minimorum animalculorum ubique diffuſorum numerum noverit, ſed an excludi queant in nobis, diſputent alii, de multis teſtante ipſa experientia.

(*g*) De introitu ovulorum per poros cutis, vel oſcula glandularum cutanearum excretoria & penetratione uſque ad carnes multum adhuc ſupereſſet diſputationis: an cum aëre quoque ſubeant pariter meretur diſquiri.

VII. Cum ova vermium ſunt in nobis, vermes illis ovis incluſi (*h*) xcluduntur, modò inveniant (*i*) materiam aptam ad ipſorum excluſionem.

VIII. Cum ovis vermium comparatum eſt uti cum ſeminibus (*l*) lantarum, quæ non germinant in omni terrarum genere.

IX. Cum vermes generentur ex germinibus, impoſſibile eſt novas m) eorum detegere ſpecies.

X. Maxima vermium pars, quæ gignitur in carne corrupta animalis ıortui ibi jam (*n*) erant in ovulo, cum viveret adhuc animal.

XI. Avena tamen germinat, etiam poſtquam incluſa fuiſſet in ven- :e equi, ova vermium, quæ deglutiverat animal (*o*) pariter producunt ıos vermes poſt mortem animalis.

XII. Aer (*p*) repletus eſt ſeminibus vermium, aqua pluvia, acetum, inum vappeſcens ac mucidum, vetuſta cereviſia, ſicera, lac acidum iis catent.

 XIII. Om-

(*h*) Alii ex modernis hic ſunt difficiliores, etſi & illi ad materiam nutritioni aptam ſoleant non rarò ſe recipere, ubi aqua hæret in explicandis variis phænomenis generationum.

(*i*) Non ſola materia apta requiritur ad nutriendum, ſed & ad fovendum, & habitatio commoda vitæ proportionata.

(*l*) Omnimoda convenientia inter ſemina & ova non attinet; etſi multæ plantæ promiſcuè germinent in terris diverſis; interim docuit experientia, excluſa eſſe in corpore ovula, quæ alias extra corpus excluduntur in plantis, fructibus, terra &c.

(*m*) Nollem id impoſſibile dicere intuitu muli & ſimilium animalium, natorum ex miſcela diverſarum ſpecierum, neque verò implicat tale quid etiam circa inſecta contingere, ut maſculinum ſemen alienum excitet fœcundetque ovulum alterius ſpeciei, quo caſu inſignes quoque oriuntur mutationes, & novæ productiones.

(*n*) Nemo facilè negaverit, poſſe aliqua in tali carne ovula latere, & poſtea occaſionem dante putredine excludi, de maxima verò vermium parte id non auſim aſſerere, cumprimis poſt Redi, Blancardique, & aliorum numeroſa experimenta, clarè oſtendentia, nullos in iis carnibus genitos fuiſſe vermes, quæ à muſcarum ovis eò deponendis ſolicitè ſatis fuerint cuſtoditæ.

(*o*) De avena nemo dubitaverit, ſi non nimis diu fuerit in equi ventre, ſic enim eò felicius excreſcet emollita & præparata; ova verò vermium deglutita non neceſſariò ſuos producunt vermes, niſi incidant in nidum aptum, nec ſemper pertingunt ad animalis carnes, & forſan rarius iis inſunt; nota verò ſunt agmina varii generis muſcarum & inſectorum carnibus cadaverum intricantia.

(*p*) De aëre conjectura hæc eſt mera, ſi aliqua ibi ſint ſemina agitatione forſan ejus abrepta, ventisque avulſa, admodum ſanè minutula, vix tamen dici poterit eum eſſe repletum ſeminibus vermium, & ſi tales intelligantur vermes,

XIII. Omnes partes corporis (*q*) ſunt ſubjectæ vermibus, nulla excepta.

XIV. Sanguis & urina aliquando iis ſunt (*r*) penitus repleta.

XV. Puſtulæ variolarum (*s*) nonnunquam continent vermes.

SECT. II.

I. Vermes (*t*) inteſtinales trium ſunt generum: ςρόγγυλοι ſeu Lumbrici, Aſcarides, ac Tæniæ. Lumbrici ſunt rotundi & longi, aſcarides longi & breves, & Tæniæ longæ & planæ.

II. Vermis (*u*) ſolitarius vel Tænia generatur in homine in ipſo matris adhuc utero.

III. Vermis ſolitarius eſt (*x*) longitudinis exceſſivæ, ordinariò quinque vel ſex ulnarum eſt, quandoque multo longior.

IV. Solitarius ordinario (*y*) ſolus eſt in corpore humano ſua quidem in ſpecie. Nec ibi reproducitur, ſi ſemel inde fuerit exturbatus.

V. Soli-

quales ſunt in liquoribus hic recenſitis, illi nihil habent cum noſtri corporis vermibus comercii; hi enim vermes ſunt minutiſſimi, cuivis ferè corpori proprii.

(*q*) Scilicet ſui generis vermibus, vix enim hæc eſſent vera de inteſtinalibus & triplici illorum claſſe; de quo teſtantur hiſtoriæ inſectorum in aliqua corporis parte repertorum à Medicis paſſim annotatæ.

(*r*) Eſſe ibi repertos vermes legimus, de plenitudine verò vermium in ſanguine vix adeò certa ſuppetent exempla, niſi necroſi ac putredine jam prævalente.

(*s*) Mereretur attendi, quænam variolæ, quo gradu malignæ, quibus puſtularum varietatibus præditæ ſint verminoſæ, quibusdam omnes tales judicantibus, ſed ſine fundamento & experientia; Acari ſanè ſeu Sirones ſunt elegantes & cryſtallina puritate nitentes vermiculi in ſuis puſtulis.

[*t*] Quævis harum claſſium dubio procul multas habet ſubdiviſiones, hactenus verò iſta non ſatis fuere à Medicis deducta, quia rarius iſtis vermes offeruntur examinandi; neſcio an per errorem aſcarides dicantur longi & breves.

(*u*) Poſſe tæniam in utero adhuc Matris generari in infantis inteſtino haud dubitaverit quisquam, licet de omnibus id aſſerere forſan non liceat, quis credat ſolitarium vermem poſt quadrageſimum ætatis annum vel tardius quoque excretum inde à matris utero ibi vixiſſe & ſubſtitiſſe, & quid impedit quæſo, quò minus novi tales gigni poſſint ex ovulis, ſupra enim jam remota ſunt obſtacula. Cæterum ex hypotheſi recentiore omnes vermes ex utero ſunt derivandi uti ſupra dictum fuit ex D. Cler.

[*x*] Non ſemper unus eſt vermis, quod in fruſtis juxta ulnæ menſuram metemur, nec verò omnes tam exceſſivè ſunt longi, plurimum enim inter ſe differunt.

[*y*] Supponitur eſſe ſolus, ſtupenda ab aliis allegata longitudo ſuadet contrarium, nec novi productionem ullo idoneo argumento videas impugnatam, ſi enim ovula reliquit, poterit vel unum vel plures excludi in ſede ubi vixerat mater.

V. Solitarii ferè nunquam (*z*) egrediuntur ſine medicamentis, eſt c vermis unicus, non verò ex pluribus (*a*) conſtat vermibus junctis ter ſe.

VI. Vermes extra inteſtina geniti oriuntur in capite, auribus, nabus, hepate, corde &c. ingentesque (*b*) producunt morbos.

VII. Atroces dentium dolores non à (*c*) vermibus producuntur.

VIII. Vermes cordis (*d*) ſæpe efficiunt mortes ſubitaneas.

IX. Vermes in ſanguine geniti non impediunt ſanguinis (*e* rubedinem.

X. Vermes cutanei faciunt aliquando (*f*) foſſas ſub cute, uti talpæ b terra tales effodiunt, & quemadmodum talparum foveæ cognoſcun-r per terram elevatam in altum, ita & vermium foſſæ hæ cognoſcun-r aliquando per chordarum quaſi quasdam in cute elevatas ſpecies quæ-ie ſunt ſimiles ductibus illis in cortice melonum eminentibus. Hæ ordæ profundiſſimè penetrant tolluntur que cuſpide acus.

XI. Dantur homines quorum pedes adeò ſunt (*g*) iſtis chordis ob-i, ut incedere non poſſint. Aliquo ab hinc tempore vocatus fui ad Ill. fœmi-

[*z*] Obſervavimus egreſſum ſine medicamentis non ſine terrore propendentem ex corpore.

[*a*] Valde hoc eſt probabile, etſi forſan quandoque plures plani vermes cohæreant, diximus tamen ſupra magna eorum agmina non cohæſiſſe, eſſetque alia cohæſio per uncos, alia per gluten pituitæ.

[b] Sed & occultiſſimos uſque ad ſectionem, quà cauſam ſcilicet occultos, & eorum præſentiam, antea nemo de illis plerunque cogitavit.

(*c*) Ordinariò dolores dentium non produci à vermibus facilè concedendum, unde & quæ halitibus ore hauſtis prolabuntur corpuscula pro vermibus habita, talia non ſunt; poſſe tamen in cavo dente naſci vermem, dolorumquè ingentium eſſe cauſam haud quisquam negaverit.

(*d*) Ipſi illi vermes forſan haud adeò ſæpè adſunt, ſed rariſſimè, vix ergò ſæpè mortes ſubitaneas efficient, etſi quidem adſit talis vermis, ſubitanea quidem varia Symptomata & Palpitationes producet, ſed mortem magis lentam quàm ſubitaneam.

(*e*) Nimis pauci ſunt, quam ut rubedinem tollant, ſi verò plurimi ſint, quod rariſſimum forſan fuerit, vix naſcentur integra rubedine, ſupponerent enim cacochymiam inſignem.

[*f*] Acari in ſuis puſtulis hærent, nec credas facilè eos ab extrà eò ſe inſinuare; neque enim ſaltem in iis proveniunt, qui tractant bombyces, aut alia inſecta, à quibus in eos tranſire ſupponuntur minora illa animalcula, hæc inſecta exſugentia; illi enim ſirones habent ſeu acaros, qui nulla tetigere inſecta. Quod verò attinet ad alios vermes cutaneos, qui hîc prolixius deſcribuntur, opus adhuc erit obſervationibus attentioribus, quales nam illi ſint, undeque oriundi.

[*g*] Chordæ iſtæ an ſint vermium productum meretur examen; an ſcilicet acce-

fœminam, ut pedis quoddam, quo laborabat, incommodum contemplarer invenique hoc malum conſiſtere in hujusmodi chordis, quæ ipſi pedum cutem adeò occupaverunt, ut ſimilis eſſet cortici melonis.

XII. Cancri ſeu carcinomata ſunt (*h*) plèna parvorum vermium, qu rodunt fibras partium, & filtra omnia glandularum, adeò, ut glandula recipientes omne fere obvium mox ultra modum intumeſcant, poſtea h vermes augentur, rodendoque pergentes exulcerant ſæpe partem a conſumunt.

XIII. Hydrops aliquando à vermibus poteſt (*i*) oriri.

XIV. Vermes (*l*) poſſunt tumores & excreſcentias in corpor excitare, quales efficiunt in foliis quercus, in quibus punctura ſua im pediunt folii ſuccum ordinario in circulo, unde illa in folio excreſcenti quam gallam dicimus, quæque inepto habetur pro fructu.

XV. Certæ (*m*) deformitates, quas naſcentes ſecum afferunt poſſunt aliquando à vermibus oriri, qui arroſère teneras fœtus parte & ſic effecère tumores aut tortuoſitates.

XVI. Plerique morbi, qui tribuuntur (*n*) inepte magicis artibu à vermibus oriuntur.

XVII. I

dant ad dracunculos? an ſint iſtæ aſperitates cutis inceſſum impedientes pr ducta vermium, an Lichenis & exanthematum ſiccatorum ſpecies? an vermi vel ſiquid ibi vivi deprehendatur, ſit cauſa mali, an effectus? Experientia u terior decidet.

[*h*] Carcinomata cancroſa fœda ſunt & putrida, mirum ergò non eſt, ſi in i excludantur ovula inſectorum, naſcanturque vermes, & de hinc ex his forſ muſcæ, muſcæ enim infeſtæ ſunt ulceribus & purulentiis, easque ſectantur av dè, poſſunt ergò ſua ibi ovula deponere. Sed cancrum neceſſariò habere ve mes vix eſt credibile, nec depaſcentiam illius celerem neceſſe erit, deducere vermium roſionibus, quæ ab acrimonia putreſcentis mali ſatis dilatatur ac ſer celerrimè etiam absque vermibus, quanquam & in aliis lentius ſerpat.

(*i*) Remotius ſcilicet, ex cruditatum & putridorum humorum abundantia, cachexia inde augmenta capiente.

[*l*] Poſſe aliquando tumoribus & excreſcentiis occaſionem præbere vermes faci agnoſcemus, etſi id forſan rarius contingat, nec omnino paritas eſt inter g larum originem, & ortum plerorumque corporis tumorum, qui alia oriuntur v

[*m*] Hæc eroſio embryonum à vermibus indiget probationibus ſolidis, nec ſuf cit in re tam gravi mera conjectura; cæterum roſiones vermium abſumun imminuunt, non verò tumores faciunt, aut tortuoſitates.

[*n*] Et viciſſim multi tribuuntur vermibus, qui revera oriuntur ex arte magic ſunt tamen iſta occultiſſima, ſed non licet omnia exſibilare magica mala, un & Vir Celeb. pleroſque ſaltem nominat morbos, non omnes magicos.

XVII. In ictero inteſtina (n) fere ſemper à vermibus ſunt mo-
ſtata.

XVIII. Vermes umbilicales (o) non alii ſunt, ſi omnia ritè per-
ndamus, niſi ipſi inteſtinales.

XIX. Crinones habentur pro vermibus, videtur admodum proba-
e, eos tales non (p) eſſe.

XX. Crinones differunt à parvulis dracunculis.

XXI. Dracunculus eſt verus vermis, (q) nec pro varice nec pro
ceſſu habendus.

SECT. III.

I. Quocunque corripiantur (r) morbo infantes, altero ad vermes
ulo ſemper eſt reſpiciendum vel ſaltem ad materiam verminoſam.

II. Infantes præ (s) aliis vermibus ſunt obnoxii, interque hos
uitoſi præ bilioſis.

D III. Cum

n) In ictero cacochymia eſt perpetua, cruditatum accumulatio univerſalis, unde non erit mirum, ſi in tam amabili nido vermes habitent frequenter, etſi non ſemper inteſtinis ſint moleſti.

o] Periculoſum erit ſi vermis inteſtinalis pertingat ad umbilicum, ſupponitur enim perforaſſe inteſtina, & ne ſic quidem in umbilico erit. Multa de illis vermibus voracibus umbilici traduntur, deque piſciculis ab iis eroſis, ac comeſtis, ſed deſideratur experientia ulterior, etſi jam ſuppetant phænomena difficulter explicanda.

p] Lewenhœkius ait, eos eſſe pilos ſub cuticula intortos: quorum obſcurior extremitas referat caput; mulier iis in facie diu admodum moleſtata ſanctè teſtata eſt, ſe vitam & motum in iis probè obſervaſſe; nec facilè perſauſerit Lewenhœk illito melle mox creſcere pilos, & ſic videri prodire ulterius vermes, tam ſubitò enim non poſſunt creſcere. Experientia ulterior evincet certiora, D. Lewenhœk fuit admodum fœcundus in conjecturis, ſed non ſemper æquè felix; ac dantur forſan veri crinones, & putatitii; unde & theſi vigeſima dicitur: Crinones differre à parvulis dracunculis.

q) Innumeris experimentis verum eſſe vermem ſcriptores autoptæ probarunt, multum enim differt à varice, & abſceſſum non habet junctum, niſi ruptione ſua ei præbeat anſam.

r] Etſi non ſemper adſint vermes: non nocebit tamen ad eos attendere accuratius; cæterum & illa remedia, quæ in pleriſque morbis dantur infantibus, partim & vermibus ipſis, & eorum fomiti ſeu verminoſæ materiæ commodè opponuntur.

s) Si vermes connaſcerentur hæc ſaltem eſſent reſtringenda ad eorum exceſſus & ſtatum præternaturalem; Cæterum & pueri & adulti iis exercentur, & bi-

III. Cum infantes manum (*t*) ventri frequenter admovent, naſci-
tur ſuſpicio vermium, ſi maximè ſimul conquerantur de torminibus.

IV. Amittere vocem, ſubitò corripi Mania, vermium (*u*) quan-
doque effectus eſt,

V. Cum terrore & angore expergiſci, in pueris præſertim, eſt ſi-
gnum vermium (*x*) certum, aut variolarum quoque.

VI. Certa exhalatio (*y*) acris ex faucibus certum vermium indi-
cium eſt.

VII. Semper fame urgeri, etſi multum aſſumat cibi, (*z*) verme
ndicat.

VIII. Vermes longi ac rotundi (*a*) pungunt ſæpe, & dolores ex
citant ingentes, vermes lati non efficiunt dolorem punctorium.

IX. Oculi excavati; facies ſubcœrulea, febris intermittens, ſæp
(*b*) ſunt effectus & ſigna vermium.

X. Sol

---

lioſi, & pituitoſi, namque & in bilioſis ſuum inveniunt nidum, ſuumque viſc
dum liquamen.

(*t*) Aliâs narium frictionem pro ſigno habent, ventri verò manum & ob alios d
lores, tenſionesque à flatibus poſſunt admovere, non omnia tormina à vermib
ortum habent.

(*u*) Rectè additur quandoque, ſubitò enim maniaci erumpunt in furores etia
ſine vermibus; & aphonia verminoſa ſaltem devteropathica, cum tamen Idi
pathicæ ſint à nervis obſtructis haud parum frequentiores.

[*x*] Eo ipſo certum non eſt, quia cum variolis commune, cumque pueri æquè
adulti cum terrore poſſint expergiſci vel à ſanguinis quadam aggeſtione, v
orgaſmo, vel flatibus. &c.

(*y*) Acris illa ex faucibus exhalatio cruditatis in ſtomacho præbet indicium dir
ctum, vermium non niſi indirectum, nec perpetuum, illi enim in ſe acres n
ſunt, nec acredinem ſpirant, etſi in acore cruditatum vivant & nutriantu
aliquando & à dentium immunditie ille odor eſt.

(*z*) Innumeræ dantur appetentiæ nimiæ ſine vermium concurſu, & omnes fe
pueri nimis appetunt, ſemperque ingererent cibos, ſi illi ſuppeterent, hinc
huic ſigno nimis haud fidendum.

(*a*) Non ſemper pungunt vermes, nec ſemper puncturæ quas efficiunt immedia
ab ipſis fiunt, ſed à ſtricturis fibrarum ab ipſis laceſſitarum ſpasmodicis, i
ut remotius concurrant; latos verò Vermes nunquam pungere nolim aſſerer
ſi verum eſt D. Clerici effatum, eſſe in eorum capite ſerratam illam diſpoſitione

[*b*] Sæpe non ſemper: etſi cum his vermes ſæpe adſint, illa tamen eorum ſig
non ſunt; habent aliquid febrilis adjunctum vermes, ſed non ſtatis periodis i
termittens.

X. Solitarius aut Tænia cognoſcitur per portiones parvas referentes ſemina *(c)* citrulli in excrementis reperta.

XI. Parvæ illæ ſemen citrulli referentes portiones in excrementis inventæ eorum, qui Tænia laborant, ſunt portiones hujus vermis qui facile rumpitur.

XII. Tænia conſumit nutrimentum *(d)* puriſſimum.

XIII. Tænia nonnunquam graviditatem *(e)* ſimulat.

XIV. Regio ac anni tempeſtas inſerviunt *(f)* ſæpe confirmandis vermium ſignis.

XV. Tria vermibus obnoxia reddunt corpora noſtra, aer *(g)* pravus, alimenta noxia, & laudabilium alimentorum exceſſus.

XVI. Acetum, necans lumbricos terreſtres non ſemper necat *(h)* humanos, ſunt inter hos qui in eo vitam diutiſſimè protrahunt.

XVII. Pineæ pernicioſæ ſunt vermibus *(i)* obnoxiis.

XVIII. Melones efficiunt *(l)* cruditates, aptas ſæpe ad excludendum vermium inteſtinalium ova.

XIX. Fungi apti ſunt ad multos *(m)* vermes in corpore producendos.

 XX. Sæpe

(c) Hæc citrulli ſemina eſſent totidem vermis articuli, adeoque de ejus præſentia certò teſtarentur, & de diſſolutione, uti ſequens quoque innuit theſis, rumpitur enim facilè.

(d) Forſan purum cum impuro abſumit, purum erit vermi, quod homini eſſet impurum.

[e] Et alii vermes tumeſcere faciunt abdomen, an alia ratione graviditatem ſimulet tænia neſcio, motum fœtus vix poterit æmulari.

(f) Diverſæ regiones diverſa miniſtrant alimenta, tempeſtates diverſæ favent excluſioni & humorum deſciſcentiæ.

[g] Pravus aër vix niſi remotè admodum reddet corpora vermibus obnoxia, exceſſus alimentorum laudabilium pariter per indirectum cumulando cruditates id agit, noxia verò hoc reſpectu alimenta quæ ſint, dubium manet per experimenta Rediana, ſi amara diu, dulcia non ferant, à fructibus mox ſuffocentur crudis, quis jam diætam pueris commendet.

(h) Humani jam illi aſſueti ſunt, vel aſſueti ſaltem acidis in inteſtino humoribus, cum terreſtres nullum attingant acidum.

[i] Mirum ſi noceant pineæ, quarum oleum necaret lumbricos, uti olivarum oleum, niſi forſan imitetur oleum amygdal. dulcium, quod tardius eos necat, non ſatis ſcilicet viſcidum ad poros aëri præcludendos.

(l) Cruditates fovent vermes, interim & alii fructus efficiunt cruditates, nec proin vermium erunt remedia, uti ſupra ex D. Cler. allegatum deprehendimus

[m] Vix alia ratione id agent quàm indigeſtos augendo humores, & cruditates cumulando, neque enim germina miniſtrabunt vermium, quæ jam adeſſe debent

XX. Sæpe infantes vermibus fiunt obnoxii ob citius quam par eſ exhibita iis pulmenta, aut quod hæc ſint facta cum farina cruda, qua nec ſuper igne, nec in furno fuerit *(n)* toſta.

XXI. Vermibus generandis præcipuam dat occaſionem conſuetud perniciosa denegandi infantibus recens natis lac ipſis debitum & in ma trum puerperarum mammillis *(o)* præparatum à natura, ipſisque nu trices aſſignandi, quæ à puerperio ſuo jam longiſſimè abſunt, quarum que per conſequens lac magis nutrit, quam tum quidem requiritur au expedit.

XXII. Remedia hepar deobſtruentia optima *(p)* adverſus verme ſunt præſervativa.

XXIII. Lac nutricum aliquando ſcatet *(q)* vermibus, id verò u cognoſcas, ejus aliquæ guttæ microſcopio ſunt ſubjiciendæ.

XXIV. Cum lac nutricis alicujus ſcatet vermibus, alia ipſi ſubſt tuenda eſt, niſi *(r)* infantem velis lethalibus exponere morbis.

XXV. Pleræque nutrices ruſticæ vermibus laborant, quia mult veſcuntur *(s)* fructibus & lacticiniis.

SECT. IV

[*n*] Farina toſta, & non toſta differunt aliquibus particulis aqueis, quæ præſe tes in hac, diffiantur in illa, hoc autem quid efficiet ad vermes vel fovend vel arcendos.

(*o*) Primum illud lac expurgat inteſtina infantum, indeque ipſis utile eſt, & pr cavet cruditates, quæ augentur, ſi nimia mox alimenta ingerantur, non qu hæc magis nutriant quam tum quidem requiritur, ſed quod lac tale ſpiſſum ipſorum ventriculis mox coaguletur, aceſcat, ſicque augeantur ſucci pravi, q excludendis vermium ovulis favent; præcipuam tamen occaſionem hanc e vermium vix crediderim.

(*p*) Talia habentur, quia procurent fluxum bilis ad inteſtina, quæ vermibus r ſiſtat; Sed ſæpiſſimè magna eſt bilis cum vermibus concordia, & conſpira amice; cæterum illa hepatica juvant quà corrigentia cruditates.

[*q*] Poſito eſſe vermes in illo lacte, illi tamen vermes in infantis inteſtino n producent, ſunt enim vermiculi ſui generis, uti vermes aceti.

(*r*) Inquirendum erit, an detur tale lac, & an frequens ſit, quæque cæteræ ej ſint qualitates, & an vermiculos non aliunde ab extra illi ſint jam extra mar mas illati, in ſe talia mala non portendunt, niſi velis concludere, ſabeſſe putr dinem ubi ſint vermes, in aceto autem putredo non eſt licet adſint vermes.

(*s*) Fructus ergò malè à D. Clerico pro remedio commendarentur; Sed ſi ovu inſectorum in corpore humano non excluduntur, non erunt metuendi fr ctus, niſi metuas, & jure quidem, cruditates. Lacticiniis & ovula & cru tates adſcribi poſſunt; exempla præbet Diar. Trivult. ann. 1718. exhiben Lignaco geneſin erucarum.

SECT. IV.

I. Egreſſus vermium, rite perpenſus inſervit formando prognoſtico exacto, de eo quod metuendum eſt, aut ſperandum (*t*) pro ægroto.

II. Conſiderandus eſt in egreſſu vermium ſtatus perſonæ (*u*) quæ os excernit, tempus morbi, quo egrediuntur, locus per quem prodeunt, excrementa in quibus hærent, quantitas, color, craſſities vermium, atque an ſint vivi, an mortui.

III. Si ſani excernant vermes, nullo (*x*) quod eos expellat ſumto remedio, bono id fieri omine cenſendum eſt.

IV. Vermes ex naribus prodeuntes aliquando veniunt ex (*y*) inteſtinis.

V. Vermibus ſub (*z*) declinatione morbi prodeuntibus bonum eſt ſignum, ſi in ejus principio, malum.

VI. In principio aut ſtatu morbi ſemper præſtat egredi vermes cum excrementis, quam (*a*) ſolos & ſibi relictos, niſi id fiat ope remedii.

VII. Reddito per os verme, ſi ſequatur materiæ nigræ ſimilis (*b*) ramento vomitus, ſignum id lethale eſt, maximè in principio morbi.

VIII. Cum

(*t*) Magnæ hic obtinent incertitudines, cum egreſſus illi nunc ſint ſalutares, nunc brevi antecedant mortem; reliqua ſigna ſunt certiora.

(*u*) Rectè hinc monetur, ſtatum perſonæ eſſe conſiderandum, quæ eos excernit, tempus morbi &c. recordor puellæ, quæ ſumto in ſtatu febris malignæ cortice peruv. ſuffocanda videbatur, matre ex faucibus mox extrahente vermem ſpiſſum ſpithamalem, & fœminæ Ictericæ ac cacochymicæ febriliter decumbentis, quæ poſt aliquot corticis doſes, faucium ſtricturas paſſa, extraxit digito vermem dimidiam longum ulnam ac ſatis craſſum, utrinque ceſſavit febris traxitque poſt ſe ſanitatem conſtantem; in aliis vermes egreſſos, anima brevi ſecuta eſt.

(*x*) Etiam ſumto remedio bonum erit, ſemper enim ab hoſpite pravo liberari bonum eſt: robur vero naturæ innuit ſi valeat ultrò expellere vermes.

(*y*) Patula eſt eò via, ſed & alios viri doctiſſimi ex ſinu frontali derivarunt, qualem exhibet Hiſtor. Acad. Reg. *S*cient. Pariſ.

[*z*] Si cætera ſint paria, idem eſt quando prodeant, ſive in principio ſive in fine, ſi verò res ægri peſſum eant, & in fine & in principio malum erit; nec enim vermi prodeunti inſcriptum eſt, an fugiat necroſin inſtantem, an verò robore naturæ, aut ſui ipſius quodam errore elabatur excedatque è corpore.

(*a*) Res pendebit ſæpè à caſu, prout vermis ad extrema inteſtini appellet aut cum excrementis multis, aut ſolus, facta titillatione mox excernendus.

(*b*) Hic vomitus & ſine verme portendit graviſſima, & necroſin jam præſentem, vel ſaltem appropinquantem; etſi color non ſemper debeat terrere.

VIII. Cum excrementa cum vermibus egeſta flaveſcunt, ſignum e bonum, ſi (*c*) albeſcant in diſcrimine verſatur æger.

IX. Si quis rectè valeat nihil refert ſive vivi ſive mortui prodean vermes. In principio aut ſtatu morbi mali eſt augurii (*d*) ſi mort prodeant.

X. Rarò contingit aliis, quam teniæ, vermibus ejici (*e*) ruptos.

XI. Egeſta tæniæ portione, reliqua adhuc hærente in corpore n hil metuendum eſt, modo (*f*) caput ejectum ſit.

XII. Cum vermes exeunt incluſi involucris, id promptæ ſæpe (*g* ſignum eſt convaleſcentiæ.

XIII. Involucra quibus inhærent vermes ſunt contexta à vermibus (*h* uti aranearum telæ per araneas, & bombycum involucra à bombycibus.

XIV. Vermes corporis quandoque poſt excretionem (*i*) toti in quam reſolvuntur, ſæpe & in corpore hac ratione funduntur.

XV. Quando vermes ſunt in forma mucilaginis & (*l*) fuſi, ſignur eſt laudabile.

XIV. Gla

(*d*) Non video evidentem adeò differentiam inter hos ſanitatis & morbi ſtat reſpectu vermium excretorum, poſſunt in utrisque mori vermes, & vivere, tales quoque excerni ſine magno periculo, ſi cætera ſint paria.

(*e*) Dantur & rotundi longiores qui facilè rumpuntur, quandoque id fit in ip egerendi conatu, aliâs etiam dum extrahuntur, quà aliquam ſui partem pr pendentes.

(*f*) Difficile fuerit ſcire an caput ejectum ſit, in ea incertitudine quæ viget cir illud caput, etſi periti etiam anatomici, uti D. Tyſon, pituitæ particula poſſint habere pro vermis capite.

(*g*) Quia cum involucro totus vermium iſtorum nidus cum progenie ejicitur, verò ſoli prodeant vermes, manet ſoboles, aut ſodalitium, & ovula cum inv lucro plures excluſuro.

(*h*) Vix eundem ipſis dederis ortum, texta illa ſunt ſummè artificioſa, menſur tis animalium motibus exactæque regulæ adſtricta, hæc verò involucra ſunt p tuitoſæ concretiones nullis legibus, nulla arte digeſtæ, ſed loci in quo firmà tur figura in certum coacta habitum.

[*i*] Eos multum dimittere facilè credideris, totos reſolvi in aquam difficillimè ſtructura organica vix in aquam abibit ex glacie non conflata, unde multi du bitabunt de totali iſta in corpore fuſione, quam ſubinde ſupponi audivimus ubi diu allegatis vermibus nulli à remediis ſunt exturbati, recurri ſolet ad fuſio nem, corruptionem, deſtructionem in corpore factam.

(*l*) Quis nobis perſuadebit vermes eſſe fuſos, id quod conſpicis aut eſt vermis & tum ille non eſt fuſus, aut non eſt vermis, & quis probabit, vel crede fuiſſe hanc mucilaginem antea vermem, multa in inteſtinis mucilago eſt.

XVI. Glacialis aqua vermibus affuſa modò ex corpore excretis, eos (m) quandoque ſubitò facit in aquam reſolvi.

XVII. Cum (n) vermes rubent malum eſt prognoſticon, albicantes nec bonum nec malum præſagiunt colore ſuo, flavi & lividi nil boni nunciant.

XVIII. Graciles vermes melioris (o) præſagii ſunt quam craſſi.

SECT. V.

I. Sæpe adverſus vermes adhibentur remedia aptiora ad eos (p) multiplicandos quàm necandos.

II. Pulvis vermium exiccatorum pravum eſt remedium contra vermes, novos enim (q) producit.

III. Mercurius contra vermes (r) utilis eſt, ſed ſequelas habet triſtiores, raroque adhibendus eſt, niſi venereis ægri laborent vermibus.

IV. Vitandum eſt nec contra (s) vermes dandum ſemen cynæ.

V. Aqua, in qua infuſi ſunt cortices nucum virides contra vermes (t) utilis eſt.

VI. Si

(m) Quandoque non idem eſt ac ſemper; ſi non ſemper liqueſcunt ſignum eſt erroris latentis; glacies non fundit vermes, frigus potius condenſat, ſed frigidiſſima aqua corrugat violenter vermes, ut liquido omni extorto vix vermis tantilla portio ſolida amplius appareat, antea enim vermes hi in calidiſſima regione vixerant.

(n) Vermes in ſe cujuscunque ſint coloris ſunt indifferentes, niſi copia, aut roſione moleſti fiant; nec metuerem valde à verme ex bile abundanter effuſa flaveſcente, ſi cætera ægri rectè ſe habeant.

[o] Forſan quia non præſumuntur tantum abſumſiſſe nutrimenti; videtur nec tenuitatem nec craſſitiem valdè attendendam, ſed locum ubi hæreant, & modum quo adhæreant, & agant, & lædant.

(p) Si ea adhibeantur quæ cruditatibus non reſiſtunt, & ſi corruptionem foveant humorum.

(q) Si pulvis nec benè ſiccatus, nec bene contritus fuerit, poterit adhuc ovula continere, quæ excluſa augebunt vermes, ſi talia in illo pulvere lumbricorum non ſint, haud ſane producet novos.

(r) Si utilis ſit, uti eo licebit, ſed non abuti, abuſum triſtiora ſequuntur; cæterum & alia ſuppetunt remedia, ut non ſemper neceſſe ſit ad mercualia minus tuta accedere. Dubites verò an in omnibus vermibus venereis adeò tutus ejus uſus ſit, ſi oſſa ſimul carioſa ſint. Sed rariores ſunt illi vermes.

[s] Tota die cum ſucceſſu datur, etiam ſine Medici conſilio, quandoque & in confectione ſaccharata, nec ſtatim producit febrim, quod rarius abuſu continget.

[t] Evenit cum hac infuſione, quod multis remediis paſſim laudatis, quidam commendant ſine ratione, quidam explodunt ſine ratione.

VI. Si ſpiritui vini immittantur vivi lumbrici aliquandiu in eo vivunt, diu autem (*u*) vivunt in ſucco limonum.

VII. Succus ceparum, urina vetuſta cum mellis modico mixta, ſuccus calamenthæ, lac fœminæ auri inſtillatum, omnia ſunt remedia contra vermes (*x*) auriculares.

VIII. Spiritus ſalis mixtus aquæ modicæ, eſt laudabile remedium contra (*y*) vermes dentium, æquè ac radix plantaginis maſticata.

IX. Fabula ſunt vermes, quos ajunt (*z*) avolare cum fumo ſeminum hyoſcicami.

X. Succus marrubij melli pauculo mixtus ad (*a*) pulmonares conducit vermes.

XI. Pulvis millepedum contra (*b*) hepaticos vermes conducit.

XII. Allium, raphani, naſturtium, radix gentianæ, pœoniæ, myrrha, contra (*c*) cardiacos vermes ſunt certa remedia.

XIII. Cerefolii ſuccus contra ſanguinis (*d*) vermes cum ſucceſſu exhibetur.

XIV. Sal vegetabile veſiculares ejicit (*e*) vermes.

XV. S

[*u*] Vivunt in corpore in loco humido, mucilaginoſo, calido, æquabili, excreti ſunt in ſtatu violento, frigido, expoſiti aëri & ſuccis talibus affuſis, quid firmi hinc concludetur?

[*x*] Non frequentes ſunt hi vermes, ſi verò adſint innumera alia conferent, quædam eos alliciendo ut proſerepant, alia ipſis adverſa ut eos expellant, lac alliciet ſuccus ceparum ſtimulabit partes ad expulſionem ingrati hoſpitis, urina vetuſta erit vermi ingrata.

(*y*) Supra vermes dentium dolorum cauſa eſſe negantur, vix ergò poſcent remedia; Spiritus verò Salis iis incommodior erit, quam plantaginis radix, quæ eos vix vel necabit, vel pellet.

[*z*] Multa paſſim audiuntur de his vermiculis, quos alii dicunt non avolare, ſed decidere in aquam ſuppoſitam ex halitu piperis Hiſpanici ore hauſto.

[*a*] Quis verò dicet Medico adeſſe vermes in pulmonibus, quæ id detegunt ſigna, & talia quidem, ut his ſint propria, unde conſtat in tanta horum vermium raritate marrubii ſuccum illis adverſari.

[*b*] Pulvis millepedum habetur pro anticachectico, ergò & militabit contra hepaticos vermes, ſed quis quæſo nobis dicet, eſſe in hepate vermes, raro id detegет Medicus, raro tales dantur, rariſſimè agnoſcuntur.

(*c*) Si ſcilicet bonus haruſpex tibi dicat eſſe vermes in corde, uteris rectè his remediis, unde Vermes tam rari Medico innoteſcent?

(*d*) Et hi tum rari ſunt, tum plerunque incogniti, dum vivunt ægri.

(*e*) Etiam hic fallaciæ non cauſæ ut cauſæ frequentiſſimè committuntur, adſcribitur remedio quod accidit caſu.

XV. Si infans crinonibus ſit (f) obnoxius balneo immittatur aquæ idæ, dein melle ad ignem fricetur, corpore dein aſperiori linteo fortius erſo.

XVI. Lavare corpus aqua in qua (g) gentianæ radix cocta utile edium eſt contra acaros ſeu ſirones.

XVII. Oleum (h) olivarum & nucum promptiſſimè necant vermes.

XVIII. Jejunium diuturnum noxium eſt iis, qui inteſtinorum ver- us (i) laborant.

XIX. Remedia cum exhibentur contra (l) vermes inteſtinorum in- nittenda ſunt quandoque ad tempus ac per intervalla.

X. Filix ac cortex radicum mori ſpecifica ſunt contra (m) Tæniam.

XXI. Si lumbricos terreſtres immiſeris (n) aceto mox ii moriuntur o, ſi oleo injiciantur, tardius ibi moriuntur, humani ex adverſo cor-

 poris

) Fruſtra hæc ſunt, ſi crinones vermes non ſint, ſed crines convoluti & multi- plicati, uti Levvenhœkius ſtatuit; ſed remedium rectè adhibebitur jam veteri- bus commendatum, nec crediderim omnes crinones eſſe crines.

] Ex capite amaritudinis & abſtergentis gentianæ virtutis omninò rectè adhibe- bitur hæc aqua; dubites tamen de multo ſucceſſu, ſi cogites acaros ſub cute in- ſtar talpæ agere ſuam ſcenam probè rectam cuticula.

) Necare eos ſi affundantur extrinſecus ob unctuoſitatem aëris introitum impe- dientem, obſervavit Redi; an internè ſumta idem præſtent inquirendum, alia res eſt cum vermibus, in vitro concluſis, qui aufugere non poſſunt vim affuſo- rum liquorum, alia cum iisdem in inteſtinis hærentibus & per vaſtiſſimi lon- giſſimique canalis ampla ſpatia currentibus.

Moleſtum iis eſt jejunium non ſtatim periculoſum, nam & ingeſtio nimia eſt periculoſa ob cruditatum augmenta, diuturnum jejunium ideò metuitur, quia poſſet anſam dare vermi, fibras nerveas invadendi valdè ſenſiles, unde ſympto- mata terribilia, ſunt verò circa vermes peculiaria quaſi fata obſervabilia, qui- dam vermes non ſunt valdè moleſti nec rodunt, contenti ſua cruditate aut pi- tuita, alii & chylum, & hanc negligunt, infeſti ſolidis partibus, videtur om- nes vermium differentias, & eas quidem præcipuas nobis nondum eſſe cognitas ac perſpectas.

Si ſcilicet nolint vermes excludi, aut prodire, ne hæc remedia tanquam ple- rumque calidiora moleſta noxiaque evadant uſu diuturno; & ſæpe urgemus ex præjudiciis ubi nulli ſunt, peccant & Medici frequenter, & mulierculæ fre- quentius.

Poſito etiam una alteraque vice poſt horum uſum teniam prodiiſſe, an ideò ſtatim erunt ſpecifica, an ideò certa, an ideò aliis vermibus non oppoſita aut opponenda?

Acetum eorum fibras potenter ſtimulat & contrahit ut reſiſtendo non ſint ſed mox ſuccumbant; oleorum unctuoſitatem ferent diutius, quamdiu ſcilicet ferre

pioris lumbrici citius moriuntur in oleo & tardius in aceto, aliquando iam eorum nonnulli reperiuntur, qui vivunt diu in aceto, & qui ibi conſervantur inſtar propriorum aceti vermiculorum.

XXII. Ratio, cur certi vermes è corpore egreſſi in aceto vivant, eſt, quod vermium iſtorum maxima pars in corpore (*p*) nutriuntur aci qui in corpore hæret humore.

poſſunt aëris defectum, quem forſan non omnem olea excludunt ſtatim; mani verò acida jam in corpore habuere obvia, minus ergò ipſis inviſa, inſueta.

(*o*) Forſan eorum vermes, qui tanta aviditate vorant acetaria ac tam frequenter indulgent ultra modum, omnibus jam aceti ſpiculis ferendis ſunt pares.

[*p*] Acido humore, quà acido, non nutriuntur; ſed didicere acidos ferre hum res, quia illos ſuis domiciliis affuſos, ſuis alimentis interfuſos, ſuisque invo cris infitos dudum confuſosque ſenſerunt & experti ſunt, unde & vermib conſueta etſi deteriora inſuetis ſunt tolerabiliora: vel ipſa tamen hæc exem evidenter docuerint, non licere ab iſtiusmodi experimentis argumentari effectum rerum earundem intra corpus aſſumtatum, nec à terreſtribus lu bricis ad humanos.

FINIS.